

3

iuris. Etiam ius dicitur preceptum seu ordinatio prima-
pantis vel domini circa subditos. Et sic ius triplex distin-
guntur. quia talis superior principans. Aut est deus. & tunc
dicitur ius diuinum. Aut est natura & dicitur ius naturale
primeum. Aut est homo tunc dicitur ius humanum scilicet
gentium vel civile seu positium. Ius naturale est com-
mune omnium nationum. eo quod ubique instinctu nature non aliqua
constitutione habetur. ut maris & femine coniunctio pue-
rorum educatio. communis omnium possessio. Quia iure natu-
rali omnia sunt communia. id est communicanda tempore
necessitatis. Nemo enim proprium dicat quod commune
est ut di. xvij. ca. sicut hic in medio & illud ius equissimum
est. quia eius precepta in lege & in euangelio continentur.
ut quod tibi vis fieri michi fac. quod non tibi. noli. Sic po-
tes in terris vivere iure poli. ut di. i. In prim. di. l. poteret
alias consideret. ij. q. vi. decreto. de maio. & obe. dilecti. ubi
mcluditur. Non furtum facies. Non mechaberis. Non oc-
cides. Non suscipies vocem mendacii. Exo. xxi. Et xxij.
Deutro. v. c. Osee. vij. ca. Cum multis similibus. Hoc ius
cepit ab exordio rationalis creature. Nec variatur tempore.
Sed est immutabile plenum et perfectum. di. v. in prim. &
di. viij. in prim. Sed ius positium est constitutio hominis
variabilis & imperfecta. Et subdividitur in canonicum &
civile. Nam sicut ex duobus componitur homo. scilicet mate-
ria & forma. Sic due sunt dignitates ecclesie militante.
scilicet pontificalis auctoritas. Et imperialis potestas. ut d.
maio. & obe. ca. solite. ex quibus iura duplicia prodierunt.
Papa enim conditor canonum. & imperator legum ex quo
ia patet causa efficiens utriusque iuris. Sed causa materialis
iuris positivi est leges & canones. Decreta seu decretales
epistole. circa que omnia versatur ipsum ius. Et comedit
communiter causa materialis cum subiecto. Unde subie-
ctum iuris canonici est. Bonum ecclesiasticum fidelium dire-
ctiuum decisionem singulorum negotiorum continens rerum

Ius nat
Ius diuinum

Ius naturale

Ius positum

*Subiectum iuris
canonici*